Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



IOHAN

separatim in uolutum in unũ loc
Venit ergo iohannes et ille alius
discipulus qui uenerat primus
ad monumentum et uidit et credi
dit. Nondum enim sciebant scrip
turam. quia oportet eum a mor
tuis resurgere. Abierunt ergo ad
semetipsos discipuli. Maria autem
stabat ad monumentum foris plo
rans. Dum ergo fleret inclina
uit se. et prospexit in monumẽ
tum. et uidit duos angelos in albis
sedentes unũ ad caput. et unum
ad pedes ubi positum fuerat cor
pus iesu. Dicunt ei mulier. Qd
ploras. Dicit eis. Quia tulerũt
dominum meum et nescio ubi po
suerunt eum. Hec cum dixisset
conuersa est retrorsum et uidit
iesum stantem et nõ sciebat q
iesus est. Dicit ei iesus. Mulie
er quid ploras. Quem queris.
Illa uero existimans quia ortula
nus esset dicit ei. Domine si tu
sustulisti eum dicito mihi ubi po
suisti eum et ego eum tollam. Di
cit ei iesus. Maria. Conuersa illa
dicit ei. Rabboni. Quod dicitur
magister. Dicit ei iesus. Noli
me tangere. Nondum enim ascen
di ad patrem meum. Vade autẽ
ad fratres meos et dic eis. Ascẽdo
ad patrem meum et patrẽ uestrũ
deum meum et deum vẽm. Venit
ergo maria magdalene discipulis
quia uidi dominum. et hec dixit
mihi. Cum ergo esset sero die
illa una sabbatorum et fores essent
clause ubi erant discipuli conse
cati propter metum iudeorum ue
nit iesus et stetit in medio eorũ
discipulorum suorum et dixit eis
Pax uobis. Et cum hoc dixisset os
tendit eis manus et latus. Gauisi
sunt ergo discipuli uisu domino di
xit ergo eis iterum. Pax uobis. Sic
ut misit me pater et ego mitto
uos. Hec cum dixisset insufflauit
et dixit eis. Accipite spiritum sanctũ.
Quorum remiseritis peccata remittũ
tur eis. et quorum retinueritis reten
ta sunt. Thomas autem unus ex duo
decim qui dicitur didi
mus nõ erat cum eis quando uenit
iesus. Dixerunt ergo ei alii disci
puli. Vidimus dominũ. Ille autem
dixit eis. Nisi uidero in manibus eius
figuram clauorum et mittam digitũ
meum in latus clauorum et mittam
manum meam in latus eius non
credam. Et post dies octo iterum
erant discipuli eius intus et thomas
cum eis. Venit iesus ianuis clau
sis et stetit in medio et dixit eis. Pax
uobis. Deinde dicit thome. Infer
digitum tuum huc et uide manus
meas et affer manum tuam et mitte
in latus meum et noli esse incredidu
lus sed fidelis. Respondit thomas
et dixit ei. Dominus meus et deus
meus. Dicit ei iesus. Quia uidisti
me thoma credidisti. beati qui nõ u
derunt et crediderunt. Multa quidẽ
et alia signa fecit iesus in conspect
u discipulorum suorum que nõ sunt
scripta in libro hoc. Hec autem scripta